JURIS PONTIFICII SUMMA, SEU INDEX COPIOSUS,

CONTINENS

Concluſiones, ac Summam omnium materiarum,

QUÆ

Exponuntur in Textu, & Gloſſis totius Juris Canonici, Concilii Tridentini, in Regulis Cancellariæ, & quibuſdam Bullis Extravagantibus,

MAXIMA DISTINCTIONE CONTEXTUS.

AUCTORE

STEPHANO DAOYZ

PAMPILONENSI PATRICIO,

Et Rectore Collegii Majoris Sancti CLEMENTIS, & Canonico Profeſſo Regulæ Sancti AUGUSTINI Eccleſiæ Cathedralis.

In hac Editione accuratè recognitus, & emendatus.

MEDIOLANI, MDCCXLV.

Sumptibus Jo. Baptiſtæ Cetti ſub Signo Deiparæ Virginis.

SUPERIORUM PERMISSU,

AC PRIVILEGIIS.



ILL.MO AC REV.MO DOMINO DOMINO

DON ANTONIO BILIÆ

S. R. I. MARCHIONI, COMITI, ET FEUDATARIO SERONI, GLAREOLARUM, ET CAMPALESTRI, EX COLLEGIO DD. JUDICUM, COMITUM, ET EQUITUM EX.MÆ CIVITATIS MEDIOLANI, PROTONOTARIO APOSTOLICO PARTICIPANTI, ATQUE SACRÆ CONSULTÆ PONENTI.

JOANNES BAPTISTA CETTI BIBLIOPOLA

S. P. D.

Vix iterum ſupponendam prelis curaveram Editionem alteram librorum, quos de *Jure Civili* compoſuerat olim Celebratiſſimus *J. C. Stephanus Daoyz* noſtris hiſce temporibus eo magis deſideratos in tanta exemplorum raritate, quo longa experientia & in Scholis, & in Foro probatum eſt, neminem in immenſa propemodum Scriptorum turba veræ Juriſprudentiæ theſauros felicius aperuiſſe, atque commodius, rebus omnibus in Commentario ſuo, eximia diligentia, & ordine ſimpliciſſimo diſpoſitis, atque indicatis perpetuo purioribus legum fontibus, unde melius quam à Forenſium deliriis Juris artem ſibi quiſque facillime comparare poſſit. Vix

BIBLIOPOLA
BENEVOLO LECTORI.

EXegerat pridem numeros omnes Juriſprudentiæ Civilis Doctiſſimus Vir Stephanus Daoyz, cum ordine perſpicuo quidquid in Pandectis Conſtitutionibus Principum, Inſtitutionibus, Novellis, & Feudalium Conſuetudinum Libris, & Gloſſis, quas vocant ordinarias, ob earum auctoritatem, in Scholis & Foro, digeſſerat, ut Juris Civilis commodiſſimum eſſet Promptuarium, tantamque laudem ob utilitatem Operis accepit, ut Jus Canonicum in eundem ordinem diſponere cogitaverit de utroque Jure ſic optime meriturus. Libros itaque Juris Canonici Decretum, nempe Decretales Epiſtolas, & Pontificias Conſtitutiones, quibus Juris Canonici Corpus compoſitum erat cum ſuis pariter Gloſſis in eumdem ordinem pari ſtudio digeſſit: Et ne quid noviſsimi Juris deſiderandum ſupereſſet Sacri Tridentini Concilii Canones, Regulas Cancellariæ, Bullas Extravagantes opportunis in locis appoſuit.

Pretium Operis utriuſque ab ipſa raritate ſua jam ſatis erat æſtimatum idque in cauſa fuit, ut novam hanc Editionem dare cogitaverim, cumque prius edidiſſem Libros, qui ſunt de Jure Civili; Canonicos etiam è Typis noſtris emiſſos volui. Tu Lector humaniſsime laboribus noſtris utere, ac vale.

1

JURIS PONTIFICII SUMMA, SEU INDEX COPIOSUS.

AUCTORE STEPHANO DAOYZ PAMPILONENSI.

A Prima eſt litera Græcorum, & Latinorum. can. ab exordio, & ibi gloſſ. diſt. 35. neque tantum principium, ſed & imperfectionem deſignat. can. poſtquam, & ibi gloſſ. 23. q. 2.

A præpoſitio quandoque ponitur incluſive. can. aliter. diſt. 31. quandoque verò excluſive. cap. ſicut, & ibi Cardinal. Clem. de appell.

Aaron fuit Deo charus, antequam populo idolatriam, conſentium adhiberet. can. vt cognouerunt. de pœnit. diſt. 2.

Aaron ſacrificauit hircum, & ignis egreſſus à Domino deuorauit holocauſtum, gl. fi. in can. in tantum de pœnit. diſt. 3.

Abbas in genere, à n. 1. vſque ad num. 11.
Abbas quoad electionem, & benedictionem, num. 11. 12. & 13.
Abbas quoad ordines, num. 14.
Abbas quoad iuriſdictionem & agendi poteſtatem, num. 15. 16. 17.

2 ABBAS eſt nomen dignitatis. cap. 2. de iudiciis.

Abbas quandoque ſumitur pro dignitate ſeculari. cap. ex tranſmiſſa, & ibi gl. 2. de renunciatione.

Abbas potius eſt nomen officii quàm dignitatis, gl. abbatem, in can. accedens, diſt. 50.

Abbas potius eſt nomen ſollicitudinis, quàm ordinis & honoris, gl. 1. in cap. tuam, de ætate & qualit.

Abbas in Abbatia dicitur habere curam, cap. intelleximus, eod.

Abbas debet eſſe ſacerdos, gloſſ. promoueri & gloſſ. fi. in cap. expoſuiſti, de corpore vitiatis non ordin.

Abbas eſt nomen honoris, & etiam oneris & laboris. Vnde D. Gregorius, Omne quod hic eminet, plus afficitur mœroribus, quàm honoribus gaudet, d. gl. fi.

Abbas vnus non poteſt præeſſe diuerſis monaſteriis, gl. fin. in cap. conſtitutus 47. de electione, & gl. monaſterii, in cap. cum ſingula 33. §. prohibemus, de præbend. lib. 6. & can. vnum Abbatem 21. q. 1.

Abbas vel ſuperior prælatus non poteſt abſoluere ſubditos ab obedientia, vel à iuramento obedientiæ ſibi præſtito, ſine conſenſu Epiſcopi, cap. pe. & ibi gl. fi. de renuntiatione.

Abbas poteſt eſſe laicus cauſa neceſſitatis diſpenſatiuè, gl. 1. in cap. tuam, de ætate & qualit.

Abbas poteſt quis eſſe cauſa neceſſitatis, licet ipſe non poſſit promoueri ad ordines, nec fieri ſacerdos ex aliqua cauſa, d. cap. tuam, & ibi gl. fi.

Abbas vel Abbatiſſa inueſtiuntur poſſeſſione per poſitionem in ſede, cap. vt noſtrum pen. de off. Archid.

Abbas cum conuentu poteſt conqueri de his, quæ ſunt penitaliter conuentus, cap. cum olim 32. de off. del.

Abbas ſicut repræſentat cum conſenſu capituli, ita & Abbatiſſa, gl. 1. in cap. dilecta de maior. & obed.

Abbas obedientiam in ſua perſona non poteſt præſcribere: ſed alius cuius nomine allegarit præſcriptionem, gl. munitum in cap. cum olim de præſcr.

Abbas poteſt poſſeſſionem per Monachos acquirere, cap. Bonæ memoriæ 51. de appellatione.

Abbas vnus non poteſt præfici duobus monaſteriis, gl. 2. in cap. præterea, de præbend. & cap. fi. & ibi gl. fi. de Religioſ. domib.

Abbates quandoque habent decimas: puta, cùm in loco habent ius Epiſcopale, vel parochiam: vel ex priuilegio Rom. Pontif. dd. ad cap. ad hæc de decimis.

Abbati reuerenter obedire debent omnes de monaſterio, cap. cum ad monaſterium, & ibi gl. fi. de ſtatu Mona.

Abbas quanto frequentius poterit in conuentu cum fratribus debet eſſe; deque omnibus vigilem curam, & diligentem ſollicitudinem gerere: vt de officio ſibi commiſſo dignam poſſit reddere rationem, ibid.

Abbas ſi fuerit præuaricator ordinis, aut contemptor ſeu negligens, aut remiſſus, non ſolum ab officio eſt deponendus: ſed & alio modo ſecundum regulam debet caſtigari, ibid.

3 Abbas tenetur non ſolum de offenſa propria, ſed etiam de Monachorum, ibid.

Abbas ſuper habenda proprietate non poteſt cum aliquo Monacho diſpenſare, ibid.

Abbas diſpenſare poteſt in regula monachali, quantum ad eſum carnium, item in cella ſpeciali conſtituenda, gl. indulgentia, ibidem.

Abbas diſpenſare poteſt in ordine: item cum eo qui excommunicatus ignorantia probabili ordines ſuſcepit, ibid.

ad Abbatem tota poteſtas monaſterii ſpectat, & eius mandato quamuis duro parendum eſt gl. in omnibus, ibid.

Abbas pro negligentia in regulæ obſeruantia, debet remoueri, gl. negligentia, ibid.

Abbates prius debent ſe ipſos corrigere, deinde Monachos, gloſ. ipſis, in cap. fi. de ſtatu Monachor.

Abbas ex quo debet ſuos Monachos prohibere, multo fortius ſe ipſum, ibid.

Abbatem poſſunt accuſare vel denunciare illi, qui ſunt de monaſterio: & ideò & Monachi & etiam laici conuerſi admittuntur, cum eorum intereſt habere bonum Abbatem, cap. 3. de accuſatio.

Abbates, & Priores non habentes Abbates, de triennio in triennium celebrant capitula, gloſſ. celebrare in cap. ſicut olim 25. eodem. 4

Abbates & Monachi tria debent Epiſcopis; ſcilicet ſubiectionem, obedientiam, & reuerentiam, cap. ne Dei 43. eod.

Abbas & maiores de conuentu, ſi pro receptione Monachi receperint pecuniam ex pacto; officio & beneficio ſunt ſuſpendendi: & pecunia taliter recepta reſtituitur: & ita receptus in aliud monaſterium transfertur, cap. veniens 19. de Simonia.

Abbas contra teſtes, qui depoſuerunt contra eum de ſimonia in iudicio inquiſitionis, excipere poteſt, quod ſint inimici & conſpiratores: alias autem exceptiones criminum proponere non poteſt cap. licet Heli 31. eod.

Abbates Ciſtercienſis ordinis inſtallantur citra ſolemnitates, cap. ne Dei 42. eod. ſatiſque eſt electos eos & confirmatos introduci in ſtallum poſitum in choro deputatum pro loco Abbatum, d. ibid.

Abbates prohibentur dare aliquid temporale Epiſcopis pro inſtallatione, ibid.

Abbates Ciſtercienſes præſtant iuramentum Epiſcopo loci hac forma: Ego frater N. Abbas Ciſtercienſis ſubiectionem & obedientiam & reuerentiam à ſanctis patribus conſtitutam, ſecundum regulam Sancti Benedicti tibi Domino Epiſcopo, tuiſque ſucceſſoribus Canonice ſubſtituendis, & Sanctæ ſedi Apoſtolicæ, ſaluo ordine meo, perpetuo me exhibiturum promitto, ibidem.

Abbas poſtquam præſtitit obedientiam prædeceſſoribus, amplius eam facere ſucceſſoribus non debet compelli, gl. ſucceſſoribus, ibid.

Abbates etiam præſtantes obedientiæ iuramentum Epiſcopis locorum, non tenentur obedire contra regulam ſuam, gl. fi. ibid. 5

Abbas debet recolligere Monachum ſuum, ne damnabiliter euagetur, ne pereat: alioquin ſi in ſæculo remanens acquirat bona, & ſic moriatur: monaſterium, quod neglexit illum, ab eius bonis manet ſegregatum, gl. languidis, in cap. 1. de infantib. expoſitis.

Abbates ſunt in poteſtate Epiſcoporum, niſi fuerint exempti, gl. 1. in cap. 5. de excelſib. Prælator.

Abbas debet tenere primum locum inter alios Prælatos poſt Epiſcopum, cap. ex tge de priuileg.

Abbas quandoque diſpenſat cum Monacho irregulari, cap. cum illorum §. qui ſi clauſtrales de ſententia excommunicat.

Abbatibus multa permittuntur in hominibus ſuæ religionis, quæ non permittuntur in aliis, gl. Abbatum in cap. cum illorum, §. fin. eod.

Abbates dicuntur eſſe Prælati can. fi. de officio Ordin. lib. 6.

Abbas per ſe verberando poteſt corrigere Monachum, non per alium, maximè laicum, gl. 1. in cap. poteſt quis 6d. de regularis, lib. 6.

Abbas Cluniacenſis ſubditos mediatos & immediatos viſitare poteſt, gl. Abbates in extrava. Vas electionis, de Cenſibus.

Abbates & alii religioſi honeſte facerent in viſitatione, ſi pecuniam non exigerent, ſed conſeruarent & laudabiliter conſuetudinem vt ſolent, victum caperent cum aliis in cenſualinibus monaſteriorum, victum capientes cum aliis in ce-